

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Historia Zaringo Badensis**

**Schöpflin, Johann Daniel**

**Carolsruhae, 1765**

III.

[urn:nbn:de:bsz:31-295118](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-295118)

## III.

EXCERPTA EX LUDOVICI, GERMANIAE REGIS, DIPLOMATE, QUO DONATIO DAGOBERTINA, MONASTERIO WEISSENBURG. FACTA, RENOVATUR.

ANNO DCCCLXXIII.

*Ex Schannati Vindem. Liter. Collect. I. p. 6.*

**I**n Nomine sanctæ & individuæ Trinitatis Ludovicus Divina favente gratia Rex &c. Venerabilis Abbas, Fidelis noster Grimoldus veniens in Præsentiam nostram protulit nobis quandam Traditionem factam ab Antecessore nostro Dagoberto, pro calidis aquis, quæ dicuntur *Balnei* in pago, nuncupato *Usgavve*, quos prædictus Antecessor cum omnibus appenditiis ad ipsum locum jure & legitime pertinentibus ad Monasterium Weissenburg, quod est constructum in honorem sancti Petri contradidit præfidente Rodfrodo ejusdem loci Abbate quæ postea in Beneficium quorundam Vassallorum nostrorum versa est, & per multa annorum curricula ita in beneficiis stetit, rogavit itaque præfatus fidelis noster ut ob memoriam Antecessorum nostrorum ac mercedis nostræ augmentum præfatam Traditionem redintegraremus, ac per præceptum nostrum ad præfatum locum confirmaremus quod cum omni benignitate officium pro DEI amore ac pastoris Ecclesiæ videlicet sancti Petri Principis Apostolorum fieri decrevimus &c. Data XV. Kal. Junii Anno Regni Domini Hludouici Regis XXIII. Actum Franconofurt Palatio Regio feliciter Amen.